UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XX. Ad cap. super literis XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

Visual Library

laum quendam Canonicum Cameracenſem. Cameracum oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardiæ, vulgò Cambray. *Cameracū.*

CAP. XX.

Ad cap. ſuper literis XX.

SUMMARIA.

1. Varia lectio.
2. Capitulum hoc famoſum.
3. Unde petitum.
4. Pictavium, urbs Epiſcopalis.

INſcriptio præfert Canonicum Pictavienſem. At in antiquis libris ſcriptum reperitur: Aimerico S. Hilarii Canonico. Hoc capitulum ut difficile & famoſum celebratur à Dd. & clavis totius tituli de Reſcript. Promulgatum eſt ab Innocentio III. ad conciliandas diverſas Interpretum ſententias *ad l. 1. 2. 5. C. ſi contra jus vel util.* quibus jungendæ *l. 24. ff. ad L. Cornel. de fal. l. nec exemplum. Cod. eod.* Paulus *lib. 1. ſentent. tit. 12. §. 3.* Deſumtum autem eſt è *cap. 10. tertiæ compilationis hoc tit.* Pictavium eſt civitas præcipua Pictonum, Galliæ Aquitanicæ populorum, ut ſcribit Ptolomæus *lib. 2. Geogr. c. 7. Plin. lib. 4. c. 19.* Vicinum Petragoriis & Santonibus. Eſt civitas Epiſcopalis, in provinciâ Burdegalenſi, regnoque Francorum ſita. *Varia lectio.* *Capitulum hoc famoſum.* *Unde petitū* *Pictavium, urbs Epiſc.*

CAP. XXI.

Ad cap. 22.

SUMMARIA.

1. Hypotheſis capituli.
2. Heſienſe monaſterium ignotū.
3. Legendum, Hereſienſi.
4. Abbas de Remech, vitioſè ſcribitur.
5. Legendum, Archidiaconus, non Archiepiſc.
6. Magiſtri.
7. Magiſter noſter.
8. Magiſter, Medicus.
9. Magiſter in artibus.
10. Magiſtri opifices.
11. Titulatum monialium, Abbatiſſarum &c.
12. Regum & Epiſcop.
13. Et aliorum.

VAcante monaſterio Heſienſi R. cuſtos monaſterii & G. monialis ejusdem in concurſu electæ ſunt: Lite ſuper hac re motâ cognitio rei à Pontifice mandata eſt Hildeshemenſi *Hypotheſis capituli.*

Scho-